

Kalmius, qui Canadam peteret, dudum abiit Londinum, indè petiet Virginiam, indèque Canadum..... Opto Gallis omnia ipsis grata, sed Deus avertat eos ab istâ! Non apud Holmiam nostram velit! Cipient cæteras omnes, mihi erit gratissimum, modò hanc intactam relinquant.

Tu vale et diutissimè vivas.

Dabam Upsaliæ 1747, die 8 Decembris.

Annon vivat adhuc palma, orta Monspelii, à quâ J. Bauhinus fructus collegit \*?

\* .... *Totum collustraverunt botanicum orbem, LOBELIUM loquor, RAVOLFIIUM, GHINUM, CLUSIUM, J. BAUHINUM, DALECHAMPIUM, etc., qui omnes plantas circa Monspelium crescentes legerunt, descripsierunt, orbique exhibuerunt.* (Amœn. Acad., vol. IV, p. 470.)

